Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Aspirationes mentis et cordis - Cod. Ettenheim-Münster 82

Landsberg, Johannes Justus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput 25tum

urn:nbn:de:bsz:31-108793

Visual Library

Caput 25tum

Aspirationes ad Deum ob ejus amorem in incarnatione relucentem

1 O admirabile, et inscrutabile consilium! o incomprehensibile comercium! quando tu dominator coeli et terræ ac altissimæ Majestatis Dominus non fuisti dedignatus sublimem potentiam tuam ad hunc usque tenebrosum sæculi carcerem inclinare formam servi induens, ut nos participes ~~efficeres~~ divinitatis tuæ; ~~et non servi tantum formam assumpsisti, sed et vester abjectissimam [illegible] humilitatis, et [illegible] habitum~~. Nempe non satis erat tibi esse Dominum, creatorem, et protectorem nostrum; sed etiam ut nos reparares ad gloriam, redemptor, consodalis, frater, caro, et sanguis noster ~~[illegible]~~ particepsque infirmitatis ~~et~~ ac miseriæ nostræ fieri voluisti. O quam magna multitudo pietatis ac bonitatis tuæ dulcissime Deus! ô inæstima~~[illegible]~~bilis ô immensa charitas tua! Quis super tanta amoris ac pietatis ~~misericordiæ~~ viscera non obstupescat? quis charitate non inflammetur, et amorem pro amore non rependat? Ah amo te ... dilectissime Deus, tibique me totum consecro, quia tibi soli vivere volo. O quando, quando te feliciter inveniam? quando me totum in te rapies?

quando vel quando

efficeres

P

2. Itaq; o amantiſsime Deus, factus es homo,
ut perditus homo de potestate dæmonis erua=
tur. O quam pius, quam benignus es dul-
ciſsime Deus, qui amore mei non horruisti
virginis uterum non ~~[illegible]~~ jumentorum vile ~~præsepis durum~~ contuber-
nium, non hominum rudium ingratorū perfidorū consorti-
~~[illegible] non mortis [illegible]~~ supplicium.
Venisti ô suaviſsime Jesu, venisti quærere
et salvum me facere, qui perierā. Quæsi-
visti me ovem perditam, quæsivisti multo
labore, sudore, dolore, angore, et tandem
invenisti, tuisq; humeris reportasti ad cau-
las gregis. Sanè pius Dominus, et verè mul-
tùm pius pastor. O quam amabilem te
mihi exhibuisti! Reverâ duriſsimi esse
cordis, si hæc tua ineffabilis pietas ad
tui amorem me non moveret, si te ex
toto corde non diligerem. Ah diligam
te Domine Deus, amator meus adeo fide=
liſsimus, adeo fortiſsimus, diligam te, ~~quia~~
~~tu prior amasti~~ non ut salves me, aut ne
in æternum damnes me, sed quia tu
prior amasti me. Amplectar te ~~[illegible]~~ fruar te bonum si-
S. August. Solil. c. 1. ne quo nihil est bonum, fruar te optimo si-
ne quo nihil est optimum.
3. Adeò verò pauper " ô ~~amore~~ nostri dulciſsime Deus effectus

es, nostraque miseria tantâ gustasti amaritudi-
nem, ut ~~ipse~~ quamvis coeli et terrae sis Do-
nihilominus non haberes [illegible]
minus, ~~nihilominus~~ [illegible] ipso nati-
indigus, ~~a~~ haberes
vitatis tempore ~~[illegible] illum [illegible]~~,
ubi tenera membra tua reponeres; ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ in alieno stabulo nasci; cum tui te
non reciperent; atque corpusculum tuum + in
praesepe rigidum collocare quodammodo com-
pulsus es. O bone Jesu cuius ~~[illegible]~~
cor non
~~[illegible]~~, ~~[illegible]~~ accendatur ad amorem, non excite-
tur ad devotionem, non moveatur ad compas-
sionem, quando maximâ inopiâ, admirabilem
humilitatem ac ferventissimum erga nos amo-
rem tuum animo revolvit? O anima mea des-
ponsata fide, deputata cum angelis, dilige
illum, à quo tantum dilecta es. Intende
illi, qui intendit tibi. Quaere quaerentem te.
Ama amatorem tui, cuius amore praeventa
es. Ama illum, qui eduxit te de lacu miseriae
et de luto faecis.

~~[illegible]~~: ipse tunc omnibus prorsus rebus indigus:

+ vilibus panniculis obvolutum

S. August. Manual. c. 24

Caput 26tum

Aspirationes ad Deum ob ejus amorem in passione relucentem.

1. ~~Jesu nostra redemptio amor et desiderium~~,

ex Joan. Lansperg. Carth.